



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Quæ considerationes sacerdoti celebraturo sint habendæ. c. 8

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Preparatio missę

Notandum.

multitudo, quod omnes non possunt interesse vni missę, potest iterum celebrare. Item si sacerdos vnius ecclesię infirmaretur, potest sacerdos vicinę ecclesię diebus festis pro eo missam celebrare: et etiam ecclesię suę non deficere. Et videntur isti duo vltimi casus necessitatis: ideo a pluribus conceduntur: sed quia nihil de his authenticum inuenitur maiorum iudicio est relinquendum. Quocumque autem casu sacerdos pluries in die celebrauerit, in qualibet missa debet corpus et sanguinem domini sumere: et omnes perfusiones calicis vsq; in finem vltimę missę in aliquo calice, seu vase mundo, et honesto ponere, et in fine vltimę missę recipere. De celebra. missa. cap. consultaisti. in glos. cap. Ex parte. Item si sacerdos debet omni tempore postquam sanguinem domini suscepit, calicem vino perfundere et sumere. in eo. capitu. Ex parte. ¶ Omni die, excepta parasceue, missa celebratur: et tunc non, quia eo die Christus seipsum immolauit. Et cum missa sit figura passionis Christi, adueniente veritate figura debet cessare. Quod autez dicitur. De cõse. dif. 2. cap. Sabbato. biduo. s. parasceue et sabbato sancto, nõ debent penitus sacra celebrari, s̄m Archidiaconuz dicitur, eo q̄ missa, que in sabbato sancto dicitur, est missa noctis dñice sequētis, et nõ sabbati: et ideo antiquitus ante horas vesperrũ nõ solebat celebrari.

Quę considerationes Sacerdoti celebraturo, si digne celebrare intendit, sint habendę. Cap. 8.

- Intentionis discussio. Ne {
 - Propter vanã gliam
 - Propter auaritiam
 - Propter verecundiam
 - Propter timorem
 - Propter cõsuetudinẽ
 } Celebr.

- Generalis, prittio Sup, {
 - Omissis, q̄ fieri oportuit
 - Cõmissis, q̄ fieri nõ licuit
 - Cõsuetis et sepe confessis
 } Corde, ore, et opere.

- Pura et vera confessio. s. {
 - Notabilium
 - Communium
 - Ignoratorum
 } Criminum.

Quid

Preparatio missæ.

Quid intendat consecrari qui principaliter. An { Augmentum dilectionis } { Inseparabilitate unionis } { Accelerationem visionis } } Dei.

Quid intendat facere in missa. An { Deum per lachrymas placare } { Mortem Christi & charitatem mendicare } { Totam ecclesiam adunare } } Velit.

In canone hec tria servanda sunt, scilicet { Diligentia ad cõficiendum } { Reuerentia ad tangendum } { Deuotio ad sumendum } } Corpus Christi.

Quia sunt ibi. { Magna signis } { Maiora verbis } { Maxima intentione } } Missæ.

Propter continentiam. { Excellentis corporis } { Excellentioris anime } { Excellentissime diuinitatis } } Christi.

¶ Si quis ad altare digne cupias celebrare,
Cor prius absterge: sic mundior ad sacra perge.
In Domini mensa quid tractes, sedulo pensa,
Vivere siue mori confert, quod porrigis ori.
Agris & sanis bona est refectio panis:
Sed Christi panis non est sanus nisi sanis:
Indigne sumis, si non sumis reuerenter,
Cui non catholice, aut habens mortale scienter.

¶ Alij versus pulcherrimi ad idem.

Inram, odium, rixas, rancorem pelle sacerdos.
Pelle inimicitias, pelleque desidiam.
Casta placent superis, tu casto corpore, casta
Abente Deum tractes, sit procul atra lues.
Sit procul & luxus, sanctorum sancta sacerdos
Dum petis: horrendum sit procul omne malum.